

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

De ironia. Quæstio 113.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38762**

622 QVÆST. CXII. ART. II.

Ad primum ergo dicendum, quod ille qui iactat se ad hoc, quod iurgia concitat, peccat mortaliter. Sed quandoque contingit, quod iactantia est causa iurgiorum, non per se, sed per accidens. Vnde ex hoc iactantia, non est peccatum mortale.

Ad secundum dicendum, quod gloss illa loquitur de iactantia, secundum quod procedit ex superbia prohibita, quæ est peccatum mortale.

Ad tertium dicendum, quod non semper iactantia importat mendacium perniciosum, sed solum quando est contra charitatem Dei, aut proximi, aut secundum se, aut secundum suam causam. Quod autem aliquis se iactet, quasi ex hoc ipso delectatus, est quodam vanum, ut Philosophus dicit \*. Vnde reducitur ad mendacium iocosum: nisi forte hoc diuinæ dilectioni præferret, ut propter hoc Dei præcepta contemneret. Sic enim esset contra charitatem Dei, in quo solo mens nostra debet quiescere, sicut in ultimo fine. Videtur autem ad mendacium officiosum pertinere, cum aliquis ad hoc se iactat, ut gloriam vel lucrum acquirat, dummodo hoc sit sine damno aliorum: quia hoc iam pertinet ad mendacium perniciosum.

QVÆST. CXII.

De ironia, in duos articulos divisa.

D Einde considerandum est, de ironia.

C Circa quam queruntur duo.

P Primo, utrum ironia sit peccatum?

S Secundo, de comparatione eius ad iactantiam.

A R T I C. I.

Vtrum ironia (per quam aliquis de se fingit minora) sit peccatum?

982

sup. q. 100.

a. 2. o. 12

3. dif. 19.

a. 2. ad 6

A D primum sic proceditur. Videatur, quod ironia (per quam aliquis de se fingit minora) non sit peccatum. Nullum enim peccatum procedit ex diuina confortatione, ex qua procedit quod aliquis de se minora dicat: secundum illud Proverb. 30. Visio quam locutus est vir cum quo est Deus, & qui Deo secundum morante confortatus ait, stultissimus sum viorum

rum

rum. & Amos 7. dicitur, Respondit Amos, non sum  
propheta. Ergo ironia ( per quam aliquis minora de  
se dicit ) non est peccatum.

¶ 2 Præterea, Gregor. \* dicit in epistola ad Au- \* in fine  
gustinum Anglorum Episcopum, Bonarum memium regisiri s  
est suas ibi culpas agnoscere, vbi culpa non est. Sed epist. ad  
omne peccatum repugnat bonitati mentis. Ergo iro- Aug. E-  
nia non est peccatum. pise An-

¶ 3 Præterea, Fugere superbiam non est peccatum. glo. c. 10.  
Sed aliqui minora de scipis dicunt, fugientes tumi- ante me.  
dum: ut Philosophus dicit in 4. † Ethic. Ergo ironia † L. 4. c. 7.  
non est peccatum. cir. medo.

SED contra est, quod August. \* dicit in libro de et à medo  
verbis Apostoli, Cùm humiliatis causa mentiris, si 10. 5.  
non eras peccator ante quam mentireris, mentiendo \* in sero  
efficeris. 29. parv. ante me.

RESPONDEO dicendum, quod hoc quod ali- 10. 10.  
qui minora de se dicant, potest contingere dupliciter.  
Uno modo, salua veritate: dum scilicet maiora que  
sunt in scipis, reticent, quædam verò minora dete-  
gunt, & de se proferunt: quæ tamen in se esse re-  
cognoscunt. Et sic minora de se dicere, non pertinet ad  
ironiam, nec est peccatum secundum genus suum, nisi  
per alicuius circumstantiae corruptionem. Alio mo-  
do, aliquis dicit minora, à veritate declinans: puta,  
cùm asserit de se aliquid vile, quod in se non re-  
cognoscit: aut cùm negat de se aliquid magnum, quod  
tamen percipit in se ipso esse. Et sic pertinet ad iro-  
niam, & est semper peccatum.

Ad primum ergo dicendum, quod duplex est sa-  
pientia, & duplex stultitia. Est enim quædam sapien-  
tia secundum Deum, quæ humanam vel mundanam  
stultitiam habet adiunctam, secundum illud primæ ad  
Corin. h. 3. Si quis inter vos sapiens videtur esse in  
hoc seculo, stultus fiat, ut sit sapiens. Alia verò est  
sapientia mundana, quæ, ut ibidem subditur, stultitia  
est apud Deum. Ille ergo qui à Deo confortatur, con-  
ficitur se esse stultissimum secundum reputationem  
hu-

humanam : quia scilicet humana contemnit quæ hominum sapientia querit . Vnde & ibidem subditur , Et sapientia hominum non est mecum . Et postea subdit , Et noui sanctorum scientiam . Vel potest dici sapientia hominum , quæ humana ratione acquiritur : sapientia verò sanctorum , quæ ex diuina inspiratione habetur . Amos autem negavit se esse prophetam origine , quia scilicet non erat de genere prophetarum . Vnde & ibidem subdit , Nec filius prophetæ .

Ad secundum dicendum , quod ad bonitatem mentis pertinet , ut homo ad iustitiae perfectionem tendat . Et ideo in culpm reputat , non solum si deficiat à communione iustitia , quod verè culpa est : sed etiam si deficiat à iustitiae perfectione , quod quandoque culpa non est . Non autem culpm dicit , quod pro culpa non recognoscit : quod ad ironiæ mendacium pertinet .

Ad tertium dicendum , quod homo non debet unum peccatum facere , ut aliud vitet . Et ideo non debet mentiri qualitercumque , ut vitet superbiam . Vnde , \*refertur Aug. \* dicit super Ioan . Non ita caueatur arrogantia , 22. q. 2. c. ut veritas relinquatur . Et Gregor. † dicit quod incaute Non ita . sunt humiles , qui se mentiendo illaqueant .

† lib. 26.

Moral. c.

2. nō pro-  
cul à f.

locis sup.

a. 1. indu-  
ctio.

lib. 4. c. 7.

80. 5.

### ARTIC. II.

**A**d secundum sic proceditur . Videtur , quod ironia non sit minus peccatum quam iactantia . Verumque enim est peccatum , in quantum declinat à veritate : quæ equalitas est quædam . Sed ab equalitate non magis declinat qui excedit , quam qui diminuit . Ergo ironia nō est minus peccatum quam iactantia . ¶ 2 Præterea , Secundum Philos. \* ironia quandoque iactantia est . Iactantia autem non est Ironia . Ergo ironianon est minus peccatum , quam iactantia .

¶ 3 Præterea , Proverb. 26. dicitur , Quando submiserit vocem suam , ne credideris ei , quoniam semper nequitiz sum in corde illius . Sed submittere vocem pertinet ad ironiæ . Ergo in ea est multiplex nequitia . SED

SED contra est, quod Philos. dicit in \* 4. Ethico. c 7. 10. s.  
quod irones, & minus dicentes, gratiore secundum  
mores videntur.

RESPONDEO dicendum, quod sicut supra  
dictum est \*, vnum mendacium est grauius altero. q. 100. 4.  
Quandoque quidem ex materia, de qua est: sicut men-  
daciū quod sit in doctrina religionis, est grauissi-  
mum. Quandoque autem ex motu ad peccandum:  
sicut mendaciū perniciosum est grauius quam offi-  
ciosum, vel iocosum. Ironia autem & iactantia circa  
idem mentiuntur, vel verbis, vel quibuscumque exce-  
rioribus signis, scilicet circa conditionem persona.  
Vnde quantum ad hoc, aequalia sunt. Sed ut plurimum  
iactantia ex turpiori motu procedit, scilicet ex ap-  
petitu lucri, vel honoris. Ironia vero ex hoc, quod  
fugit (licet inordinate) per elationem, alijs grauis esse.  
Et secundum hoc Philosophus \* dicit, quod iactantia li. 4. Eth.  
est grauius peccatum, quam ironia. Contingit tamen c. 7. s. 5.  
quandoque, quod aliquis minora de se fingit ex ali-  
quo alio motu, puta, ad dolose decipiendum: &  
tunc ironia est grauior.

Ad primum ergo dicendum, quod ratio illa pro-  
cedit de ironia, & iactantia, secundum quod menda-  
ciū grauitas consideratur ex seipso, vel ex materia  
eius. Sic enim dictum est, quod aequalitatem ha-  
bent.

Ad secundum dicendum, quod duplex est excel-  
lentia. Vna quidem in temporalibus rebus, alia ve-  
ro in spiritualibus. Contingit autem quandoque quod  
aliquis per verba exteriora, vel signa pretendit qui-  
dem defectum in exterioribus rebus: puta per ali-  
quam vestem abiectam, aut per aliquid huiusmodi. Et  
per hoc ipsum intendit ostendere aliquam excellen-  
tiām spiritualem: sicut Dominus de quibusdam dicit  
Matth. 6. quod exterminant facies suas, ut apparent  
hominibus ieunantes. Vnde isti simul incurvant vi-  
tium ironia, & iactantia, tamen secundum diuer-  
sa: & propter hoc grauius peccant. Vnde & Phi-  
los. Sec. Sec. Vol. ij. Rr lofo-

6.7. ad finit. & philosophus dicit in 4.\* Ethicorum, quod & superabundantia, & valde, defectus iactantium est. Propter quod & de Augustino legitur, quod neque vestes nimis pretiosas, neque nimis abiectas habere volebat: quia in utroque homines suam gloriam querunt:

Ad tertium dicendum, quod sicut dicitur Eccle. 19. Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Et secundum hoc Salomon doquitur de eo qui ex dolosa humilitate nequiter vocem suam submittit.

## QVÆST. CXIV.

De Amicitia, qua affabilitas dicitur, in duos articulos diuisa.

D Einde considerandum est de amicitia, qua affabilitas dicitur; & de virtutibus oppositis, quae sunt adulatio, & litigium.

¶ Circa amicitiam autem, seu affabilitatem queruntur duo.

¶ Primo, utrum sit specialis virtus?

¶ Secundo, utrum sit pars iustitiae? A R T I C U L U S

Sup. q. 22. Utrum amicitia sit specialis virtus? A

a. 3. ad 7. Et 3. dis. A D primum sic proceditur. Videtur, quod amici-

27. q. 2. tia non sit specialis virtus. Dicit enim Philo-

4.2 ad 1. sophus in 8.\* Ethicorum, quod amicitia, perfecta est,

Et di. 34. quae est proprietas virtutem. Quilibet autem virtus est

q. 1. ar. 2. amicitiae causa: quia bonum omnibus est amabile, ut

ad 8. Dionysius dicit 4.† cap. de diuin. nomin. Ergo amici-

tia non est specialis virtus, sed consequens omnem

q. 3. ar. 5. virtutem.

ad 5. Et ¶ 2. Præterea, Philosophus dicit in 4.\* Ethicor.

q. 2. a. 2. de tali amico, quod non in amando, vel inimicando

\* li. 8. c. 3. recipit singula, ut eporter. Sed quod aliquis signa a-

¶ 4 p. 1. micitiae ostendat ad eos quos non amat, videatur per-

\* c. 6. pa- tinere ad simulationem, quae repugnat virtuti. Ergo

rū ante huiusmodi amicitia non est virtus.

med. t. 5. ¶ 3. Præterea, Virtus in medietate constituitur,

¶ c. 6. t. 5. prout sapiens determinabit; sicut dicitur 2. § Ethicor.

Sed